



IN SECUNDVM
LIBRVM PSAL-
MORVM.

PSALMVS XLII.

R*Educem*] Redux is dicitur, qui ex peregrinatione, ex filio vel captiuitate in patriam reuertitur. Terent. Heaut. *Tu nunc sola reducem me in patriam facis.*

Jordanis] Fluuius Palæstinæ, baptismo Christi & mirandis operibus nobilissimus. Nomen habens à duobus fontibus Ior & Dan, è quibus ad radices Libani erumpentibus & postea coeuntibus, ipse Iordanes profluit. sicuti ex Alpibus nostris Rhenus.

PSALMVS XLIII.

V*Enum dedisti*] Id est, venum exposuisti tanquã vendendos. Ita dicimus *pessum dare*, quasi pedibus subiicere. Vide Psal. 9.

Nec